

canibus immixtis barbari agitant; defatigatum conficiunt jaculis & missilibus. Si defunt venatici canes, ipsi vicem illorum obeunt. Per medias quippe nives incredibili celeritate gradiuntur, ac ne corporis pondus vestigia pedum altius in nivem deprimat, substernunt plantis, inferuntque pedibus, lata reticula, illis simillima, quibus pilam lufores vulgò pulsant. Hæc reticula, spatium nivis ac soli satis magnum amplexa, currentes facile sustinent. Alces vero crura exilia defigens alte in nivem, ægrè se expedit. Illius carnibus vescuntur, teguntur pelle, ungula posterioris sinistri pedis fanantur. Huic ungulæ mira quædam & multiplex virtus inest, medicorum celeberrimorum testimonio commendata. Valet in primis adversus morbum co-

miti
qua
annu
prox
in e
cont
ad fa
tigin
expe
A
tiffin
cujus
mut
fere
rem
exig
tanc
indu
crat
nac